



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

De his qui dormiunt cum duabus sororibus. E

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

furiosus, neque furiosa matrimonium contrahere possunt: sed si contractum fuerit, non separentur. Item Nicolaus Papa. Hi qui matrimonium sanè contraxerunt, & vni ex duobus vel ambobus amentia, vel furor, vel aliqua infirmitas accesserit: ob hanc infirmitatem talium coniugia solui non possunt. Similiter est etiam sciendum de his, qui ab aduersariis execantur, vel membris truncantur, vel à barbaris execti fuerint.

De his qui cum duabus sororibus dormiunt.

De his etiam, qui cum duabus sororibus vel quæ cum duobus fratribus dormiunt, videndum est, quid censeant canones. Qui dormierit cum duabus sororibus, & vna ex illis ante fuerit vxor, neutram ex ipsis habeat: nec ipsi adulteri vnquam in coniugio copulètur. Item nec propriæ vxori, licet sibi reddere debitum: quam sibi reddidit illicitam, sororem eius cognoscendo, nec post mortem vxoris licet ei vel adulteræ copulari in coniugium. Item Zachar. Pap. Concubuiisti cum sorore vxoris tuæ: si fecisti, neutram habeas: & vxor tua si non fuerit conscia sceleris, & continere non vult, nubat in Domino, cui vult. Tu vero & adultera sine spe coniugii maneat: & dum viuitis, pœnitentiam agite. Quod ait, Cui vult nubat, intelligendum est, post mortem viri. Vnde Greg. Qui vxores suas in adulterio deprehendunt, nec ille aliam vxorem accipiat, vel alium virum, quamdiu ambo viuunt. Si vero adultera mortua fuerit, vir ei⁹, si vult, nubat, adultera vero, nunquam, etsi mortuus fuerit vir eius: sed omnibus diebus pœnitentiæ lamenta persoluat. Hic de illo adulterio agitur, quod cum cognato viri, vel cognata vxoris committitur.

Non est dimittenda vxor pro aliqua macula seu deformitate corporis.

Illud etiam scidèum est, quod pro aliqua deformitate vel macula corporali, non licet viro vxorē

Hic non tenetur.

Zachar. Papa ibid. cap. Concubuiisti.

Greg. ibid. cap. Hi vero qui.